



CAPVT XI.

[p.248.]

DE

PRAESCRIPTIONE
FEVDI.

DISTINCTIO I.

*Inter praescriptionem qua feudum
vel adquiritur, vel dissoluitur, vel
transfertur.*

Doctrina de praescriptione feudi alias *Rubro obiter explicato* satis intricata est, ob varietatem casuum, quibus praescriptio circa feendum locum habet, & diuersos inde promanantes effectus. Si tamen casus ab inuicem separandos probe distinguas, omnis confusio facile evitabitur. Notes igitur primo distinctionem iam allatam. Praescriptio vel est modus acquirendi feendum, si vel dominium utile in re domini a vasallo, vel dominium directum in re vasalli a domino prescribitur. Vel est modus dissoluendi feendum, quando vel vasallus a dominio directo recognoscendo, vel dominus a concessione domini utilis vasallo facienda, per praescriptionem se liberat. Vel denique est modus transferendi feendum, ab uno in alium, quando tertius aliquis, vel dominium directum, vel utile feudi, quod alteri adhuc competiit, sibi mediante praescriptione adquirit. ^[p.249.]

S 5

Vſus

i) Confer. II. Feud. 26. §. 4. II. Feud. 33. pr. II. Feud.
87. MOEL.